

Michael Cobabus

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus, S.S. Th. D.
& Mathem. P. P. ad Exequias Quas Vir ... Dn. Bernhardus Lindemannus, ICtus
Senator & Protonotarius Reipub. Rostoch. ... Thomae, Filiolo suo desideratissimo
... paratas cupit, Omnes omnium Ordinum Cives Academicos officiose ac serio
invitat**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770290949>

Druck Freier  Zugang



Cobabus, M.

in

B. Lindemann.

Rostock. 1659.

- 18.







#3

PROGRAMMA,
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
MICHAEL COBABUS,
S.S. Th. D. & Mathem. P.P.

AD
Exequias,
Quas

VIR AMPLISSIMUS & CONSULTISSIMUS

**DN. BERNHARDUS
LINDEMANNUS,**



senator & Protonotarius
Reipub Rostoch. gravissimus optimèque
meritus,

THOMÆ

Filio suo desideratisimo

inopinatè aquis extincto,
paratas cupit,

Omnes omnium Ordinum Cives Aca-
demicos officiosè ac seriò invitat.

Litteris KILIANIS, ANNO M. DC. LIX.

Vām varia lethi genera trahunt
QCarpuntqz turbam!
ait Tragicus. Et alias nescio quis Poëtarum:
Omnibus est eadem lethivia; non tamen unus
Est vita cunctis exituque modus.
Mors est unius tantum modi, accessiones autem non
unius. Optimè igitur Seneca: In regnum fortuna,
inquit, quidem durum atqz invictum pervenimus
illius arbitrio digna atqz indigna passuri. Corporibus no-
stris impotenter, contumeliosè, crudeliter abutetur: alios
ignibus periret vel in pœnam admotis, vel in remedium:
alios nudos mari jactabit, luctatos cum fluctibus, ne
in barenam quidem aut litus explodet, sed in alicujus ven-
trem immensæ belua decondet: alios morborum variis
generibus emaceratos, diu inter vitam mortemque deti-
nebit. Et Poëta ille:

Hic laqueo, hic ferro, hic flāmis, hic frigore, hic undis,
Ille fame, ille cibo moritur, multiqz dolore

Aut morbo, aut casu intereunt, seniove fatisunt.

Certa dies lethi est cunctis, discrimina nulla

Ætatis: nec fas vivendo excedere metas

Præscripsit tetrici quas cinqzne potentia fusi.

Hem quot habet mors seva vias artesqz nocendi!

Sicut qui in navi sunt, dormientes ac vigilantes ve-
huntur, cum sensu, sine sensu: sic nos è provchi-
mur, & aliquando abripimur aut mergimur velut
tempestate. Quosdam non ita pridem penatum
suorum ruina oppressit: nuper quidam vehiculo
lapsus properantem spiritum excussit. Cibus avi-
dus strangulavit sape, abstinentem frugalitas. Mil-

Iemodis quotidiè miseris mortales inopinatò rapit
pallens illa dea. Hunc necat febribus, illum dole-
ribus opprimit, hunc suffocat aquis, alium alio mo-
do. Omnis dies, omnis hora esse nobis ultima po-
test, nec quisquam tam firmus aut felix, qui pollice-
ri sibi idem in crastinum queat. Hæret ad latus per-
petuò mors, & umbræ instar sequitur corpus: oppri-
mit haud raro ac jugulat, cùm longè abesse putes.
Neque enim semper tyrannum agit, & apertâ grassa-
tur vi, ex insidiis sæpe latronis in morem ingruit, &
non prævisa incidit vitam, ut Chilonem ac Sopho-
clem magnitudine gaudii oppressos & velut præfo-
catos legimus, Anacreontem etiam acino uvæ, de
quo recentior & non inelegans poëta:

*Cautus aquam vitas, vitas mare, & humida lethi
Flumina, vitantem mors tulit hausta mero.
Quid juvat undoso mortem vitare sepulcro,
Nafragium in terris sitibi & uva facit?*

Sed hæc vetera lunt, & utinam ejusmodi inopinatae
ac repentinæ mortis exemplum non præbuisset.
THOMAS LINDEMANNUS egregius optimæq;
spei adolescens! Qui nudius quintus extra portam
lapideam exspatiatus, glacie, cui se commiserat, fra-
ctâ aquis miserrimè absorptus non sine ingenti suo-
rum luctu & omnium nostrûm desiderio exemplò
exspiravit. Repentinum quidem & perquām triste
obitus genus, sed neque novum apud nos. Exempla
aquis præfocatorum sunt in mundo prô dolor!
quamplurima, quæ quia ipsi in memoria habetis ad-
huc, in medium adducere denuò ac recensere nihil

necesse est. Si admonitiones à nobis roties inculcatæ, rotiesque iteratæ de non tentanda lubrica glaciei fide locum invenissent hactenus, fortasse an impræsentiarum scriptionis hujus necessitate minimè op̄ foret. Sed verissimè apud Senecam patrem Otho temerariam adolescentiam, & incitam contumaciam dixit. Quapropter ut MUSA illa ATTICA monet, donū autē η γηγεια μάλιστα επιμελείας δεδογ: hæc potissimum ætas requirere curam videtur. Vigor enim illius ætatis freno opus habet, & dicam merentur omnino grandem, qui adolescentum impetus patiuntur liberè ferri. Philosophus quidam Thebanus interrogatus, quanam re juvenes depravarentur? Corruptela, inquit, in adolescentibus causa est, ocii ad male agendum abundantia, & magistrorum, à quibus ad recte agendum adigantur, penuria. Quām cordato animo & anxiè admodum Aurelius Marcus Imperator commendat filium Commodum amicis & consiliariis suis? Videlis, inquit, filium, quem ipsimet educassis primas nunc adolescentiae metas ingredientem, quasique in salo atque influo vita gubernatoribus indigentem, ne rerum imperitia de recto quasi cursu ablatus malis artibus impingat. Este igitur vos illi PRO ME UNO MULTI PARENTES, excolendo scilicet atque optimas sugggerendo, ut est apud Herodianum. Nimurum

Τεφαι Σ' αι παιδεύωμεναι.

Μέρος φίρστος εἰς απετάν.

Educatio cum disciplina

Multum confert ad virtutem.

Se

Sed cui non dictus Hylas? Veteribus invisa maximè erat mors, quæ in naufragio oppetebat: quod corpora absumenta piscibus infelix manerent. Itaque ne post morrem ejecti sepulturā carerent, membro alicui alligabant preium, quod sepulturus accipiebat. Sepeliebat autem qui in tale incidebat cadaver, vel totum, vel saltem tumultuarī sepelitione terram plena manu ter injiciebat. Servius ad illud
Æn. I. de Ænea in aquis periclitante.

Extemplo Æneas solvuntur frigore membra notat: Æneas non timet mortem, sed mortis genus. Grave est enim in aquis perire: quia anima ignea est, & videatur extingui contrario elemento, secundum Homerum. Qualem mortem Achilles apud Poëtarum principem λευχάλεον appellat, id est, indignam & pernici-
sam. LINDEMANNI nostri, licet aquis submersi, exuvias tamen corporis recuperavimus, quibus ho-
die honoratissimas exequias exequi par est. Quod quidem pro nostra parte sedulò præstabimus, dictu-
ri primū de vita ejus, ne consuetudinis morem mi-
gremus: deinde indicuri funus, & hortaturi CIVES
nostros, ut ad Soleminia exequiarum frequentes
convenire haud graventur.

Natus igitur est die XVIII. Novembr. anno post CHRISTUM natum c. 1313c XLIV. Patrem sortitus est BERNHARDUM LINDEMANNUM JC. virum singulari prudentiæ & rerum agendarum dexteritate conspicuum, Senatorem & Protonotarium hujus

Reipub.

Reipub. gravissimum; Matrem AGNETAM SAS-
SIAM, planè antiquis, hoc est, optimis moribus fœ-
minam. Avum paternum habuit THOMAM LIN-
DEMANNUM [Ctum, Professorem Juris Ordina-
rium, & Syndicu[m] Reipub. hujus Rostochiensis, ut
& plurimorum Principum Consiliarium, virum ex-
tra omnem ingenii ac judicij aleam positum; Aviam
paternam URSULAM SCHARFFENBERGIAM,
BERNARDI SCHARFFENBERGII, Consulis
Rostochiensis optimè de Repub. meriti, filiam uni-
cam, rarissimi exempli matronam. Avum mater-
num habuit Excellentissimum Amplissimumque
M. PETRUM SASSIUM, Logices Professorem, &
Academiæ quondam Seniorem, deq[ue] eâ longè me-
ritissimum, virum, dum viveret, sine fuko & fallacia,
more Majorum; Aviam maternam EUPHROSY-
NAM HAGEMEISTERIAM, ex præclara & per-
honesta HAGEMEISTERIORUM familiâ oriun-
dam, sanctissimis moribus matronam. Atque hi ge-
nere non tantum, sed virtute quoq[ue] ac pietate mul-
tum præstiterunt, ut ita longè meliore jure, quam
illa apud Sophoclem, gloriari posset, εὐτεβῆς ἐξ εὐτεβῶν.
Puer summâ diligentia & liberaliter satis educatus
in parentum sinu, matureq[ue] adhibitus bonis literis
est, quibus prima ætas impartiri debet. Quarum ru-
dimenta ut erat singulari ingenii docilitate natus,
tam citò arripuit, ut Præceptoribus admirationi,
commilitonib[us] verò felicissimæ indolis exemplum
esset. Parentibus verò incomparabilē afferebat volu-
pta-

pratē, cum non seignior videretur in exequendis iis, quæ jū-
ferant, quām ipsi in præcipiendis, que fieri volebant. Quæ
res ut futuræ frugis certissimum indicium est, ita ætatem il-
lam præcipue commendat. Quām instabiles verò fortunæ
vices! quām spes fallaces! quām lubrica mortalitatis curri-
cula! quem Parentes Optimi ore roseo residentem, riden-
temque vix domo dimiserant, mox exsanguem, frigentem,
rigentemque recipiunt. Quām acerbo dolore extam ino-
Pinato & planè Tragico casu, tam luctuoso spectaculo per-
culsi sint, nemo facilis sensu assequitur, nisi qui similem fati
sinisteritatem est expertus. Non enim, ut Poëta ait, *Precla-
ra & magna minantem* sed certò jam expromittentem efferre
cogūtur *FILIU M.* Interim nihil dubitamus, eos in isto se lu-
etu ita gesturos, ne videantur sui fuisse obliiti. DEO ita visum
fuit: cui refragari velle, & ejus justissima judicia reprehēdere,
extremæ impietatis est. Is afflictissimis Parentib⁹ ejusmodi
animi robur suppeditet, ut hanc divinit⁹ immissā miserabi-
lem cladem æ quo animo ferant, atq; adeò illud Philosopho-
rum monitum serio recogitent: *Optimum esse pati, qua emen-
dare non possis: nec inveniri in rebus adversis, & extra vota flu-
entibus aliud, aut condimentum efficacius patientia, aut ullum pre-
sentius remedium.* Quæ hoc in se habet commodi, ut cum
lenierit animum, ipsum etiam Deum demereatur: cuius sub
magisterio nos Christiani eam sumus edocti. Nulla mors mi-
sera, quam mors animæ non sequitur. Repentina mors in-
nocentibus optanda videtur, nocentibus sanè meruenda est.
Omnem ætatem ad bene vivendum impendit Sapiens, omnē
quoque ad bene moriendum. Non est quod supervacuum
putes id discere, quod semel modò utendum sit: hoc ipsum
est, quare semper meditari debeat, quod an scias, experiri
non potes: Verum quia multi difficillima quæque sibi faci-
lia feceré saepius agendo, nos mortem, quæ vulgo maximè
gravis & terribilis videtur, nobis familiarem reddamus sa-
pius cogitando, hanc inexorabilem & decretoriam esse ho-
ram,

ram, hanc immutabilem Naturæ esse legem, nec domum esse
corpus, sed breve hospitium, quod relinquendum sit, ubi te
hospiti gravem esse videas: quod in juventa & quæ atque in
Senecta accidere posse, funestus hic testatur dies, qui nos ve-
tat spes inchoare longas: Verissime Seneca: *Mors tam juve-
ni ante oculos debet esse, quam seni.* Non enim citamur ex censu
Deinde nemo tam senex est, ut improbe unum diem speret. Alium
enim in medio cursu vita deserit, alium in ipso adiutarelin-
quit, alium in extrema senectute fatigatum jam & exire cu-
pientem vix emittit. Rem, inquis, faciam, & dñe facio, navi-
gabo, magnos honores geram, lassam denique & effatam
ætatem in otium referam.

Insero nunc, Meliboe, pyros, pone ordine vites.

Omnia etiam felicibus dubia sunt: id quoq; quod tenemus,
inter manus elabitur, & quam premius horam improvisus
incidere casus potest. Nihil sibi de futuro quisquam debet
promittere. Stat quidem nobis terminus, ubi illum inexora-
bilis fatorum fixit necessitas: Sed quam prope versetur, ne-
scimus. Sic itaq; semper formemus animum, tanquam ad no-
vissima ventum sit, & nihil differendo quotidie cum vita pa-
ria faciamus, & singulos dies singulas putemus vitas. Semper,
inquam, parati simus ac prompti summi Imperatoris facessere
iusta & sequi libenter quocunque vocabit tempore, & laci-
nas, ut sic loquamur, jubebit colligere.

Cæterum cum funus sub I. postea ducendum atq; ad suos in commu-
nem resurrectionis spem solemnri ritu deportandum sit, vestri officii erit
CIVES ACADEMICI, illud frequenti ac honesto comitatu prosequi. Ad quod
officium eò præstandum promptius Vos non modo hæc scriptio publica, sed
& inclitæ familiæ in hanc Civitatem & Academiam merita nec difficulter,
nec segniter incitare debent. Quod in singulare Parentum (qui hoc lamenta-
bili casu adflicti præ cæteris sunt) solatium cedet. Id ut faciatis, etiam atq; et-
iam vos commonefacimus & adhortamur. Quod restat, Deum. Opt. Max.
unicè rogamus, ut Parentes juxta ac ac Filium unicum superstitem tueatur, &
efficacissimis solatiis erigit, quo tolerando huic vulneri pares esse, & superare
hanc cladem ferendo possint. P.P.Rostochi ad d.XXV. Febr. An. recuperate
gratia c15 loc LIX. Conventus fieri in Aede B. Virginis sacrâ.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770290949/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770290949/phys_0016)

DFG

Sed cui non dictus Hylas? Vererat mors, quæ in naufragio oporta absumenda piscibus in que ne post mortem ejecti sebro alicui alligabant pretium piebat. Sepeliebat autem quidaver, vel totum, vel saltem terram plena manu ter injicie

Aen. I. de Aenea in aquis peric


Extemplo Aeneas solvuntur notat: Aeneas non timet morte re est enim in aquis perire: quia tur extingui contrario elemento, Qualem mortem Achilles a ptem λευχαλεον appellat, id est, fami. LINDEMANNI nostr exuvias tamen corporis recuperie honoratissimas exequias quidem pro nostra parte sedu ri primum de vita ejus, ne con gremus: deinde indicturi furi nostros, ut ad Solemnia ex convenire haud graventur.

Natus igitur est die XVII CHRISTUM natum c 10 Ibc XL BERNHARDUM LINDEN singulare prudentia & rerum conspicuum, Senatorem &

vila maxime ir: quod cor inerent. Ita erent, mem ulturus acci ncidebat ca à sepelitione vius ad illud

nembra is genus Gra a est, & vide Homerum, iurum principi & pernicio uis submersi, quibus ho est. Quod imus, dictu s morem mi taturi CIVES a frequentes

or, anno post m sortitus est M JC. virum n dexteritate carium hujus Reipub.



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 0312